gentiu[m] ... quando eu[m] puerum ...
V. 8. CUM EGREDIERIS DEUS CORAM POPULO TUO DUM TRANS EGREDERIS
Iungendum ē huic uerſui cognoſceris. AD IN DESERTO.
huc eni[m] in operationis eius laudibus perſeuerat. Egreſſus ē quidem d[eu]s coram populo iſrahe
litico. du[m] in colu[m]na ignis apparuit. Dum in deſerto eos mannae largitate ſatiauit. Sed
hoc melius ad p[o]p[u]l[u]m reſpicit xpianum. egreditur eni[m] coram p[o]p[u]lo. q[ua]n[do] educit uinctos
in fortitudine ſua. quando reſuſcitantur qui in ſepulchris habitant. Ipſu[m] enim cognoui[t]
fidelis quando in operibus magnis eius pietatem potentiam que cognoſcit. Transgreſ
ſus ē etiā in deſerto. quando ad gentes uenit. ad quas p[ro]pheta nullus acceſſit. que uelut
.9. heremus deſolate. a uerbo d[omi]ni reddebantur aliene. TERRA MOTA EST. ET ENIM
CELI DISTILLAVERUNT A FACIE DEI. MONS SINA A FACIE DEI ISR[AE]L.
Interiecto diapſalmate uenit ad s[e]c[un]d[u]m ingreſſum ubi enumerat. que iſr[ae]litico p[o]p[u]lo.
uirtus diuina conceſſit. terra mota ē. ideſt terreni homines uidendo tam magna
miracula crediderunt. Celi diſtillauerunt a facie d[e]i. quando in uicē ſtillicidio rum
manna deſcendit a facie d[e]i. Quia per colu[m]nā ignis ac nubis p[rae]ſentia ipſius noſce
batur. Ibi moyſes in duabus tabulis legem beatus accepit. Nam et in exodo. ita ſcriptu[m]
.10. eſt. Totus aut[em] mons ſyna fumabat eo quod d[omi]n[u]s deſcendiſſet ſup[er] eum. PLUVIAM
VOLUNTARIAM SEGREGANS DEUS HEREDITATI TUE. ET ENIM
INFIRMATA EST. TU UERO PERFECISTI EAM.
Exponit illud quod ſuperius dixit celi diſtillauerunt. ipſa ē enim pluuia uolunta
ria. quā tunc comedendi auida gens iudea p[ro]meruit. Nam ut uoluntati eius ſatisfi
eret. inexpertum miraculu[m] mundus accepit. Pluuia ſiquidem illa uoluntaria fuit.
non iſta q[ue] generaliter ubique diffunditur. Denique ſic ſequit[ur]. Segregans d[eu]s heredi
tati tue. quia non hoc d[omi]n[u]s aliis gentibus dedit. quod tunc hebreo p[o]p[u]lo miſeratus indul
ſit. Hereditas eni[m] ipſius fuit populus hebreoru[m]. Sicut legitur. Et facta ē portio d[omi]ni
populus eius iacob funiculus hereditatis eius iſr[ae]l. hec ſiqu[idem] tempus infirmata ē. d[omi]nō ſal
uatori minime credendo. p[er]ficit Hereditatem ſuā. quando gentes reliquas in ſupple
.11. mentum credulitatis admittit. ANIMALIA TUA INHABITABUNT IN
EA. PARASTI IN DULCEDINE TUA PAUPERI DEUS.
Quia ſuperius dixerat de hereditate d[omi]ni. tu uero p[er]fecisti eam. Nunc ad dicit unde
eam p[er]ficerat. Animalia fuerunt gentes. uera religione uacuate. Sed cum ad d[omi]n[u]m ac

Exaratum eſſe hoc MStum Sæculo X indicat convenientia literarum majuſcularum cum alpha
beto chartæ de anno 965 quod Baringius adduxit in Clavi diplomat. Tabb. III et IV. Item Syllaba
deſcendiſſet, litera A, et character Longobardicus minor. Vid. Struvii De Criteriis MStorum.

Guelf. 404.1 (1.6) Novi

Graecf. 404.1 (1.6) Novi

St. Gallen?
cf. Basel N I 8 1 Nr. 21 f. 3r